

- c.27 15. *Ebdomada ante initium quadragesime^p confessiones dande sunt et poenitenciae accipiende; feria²⁹ vero quarta, que est capud ieiuniorum, ducendi sunt ad episcopum poenitentes, hi videlicet, qui publicam poenitentiam acturi sunt. Tunc episcopus ante horam nonam, quando mittit cinerem super capita Christianorum, veniat ad portam aeclesie et stans, ad orientem orarium habens, nominatim unusquisque presbiter suos vocet parochianos poenitentes. Super quos asperget aquam benedictam mittens cinerem super capud singulorum, dicendo ita: Memento quia cinis^q es^r et in cinerem reverteturis. Apprehensaque manu eius dextera episcopus mittat eum foris. Similiter in cena domini, antequam benedicatur sanctum crisma, manu episcopi mitantur in aeclesia. Ipsos vero poenitentes sepe ammoneat presbiter cavere se^r a vitiis, ut et poenitentiam, quam ostendunt, corde humili et contrito teneant, quo misericordiam Christi assiduis fletibus et frequentacione ieiuniorum inveniant; memoretur illis dictum apostoli: Tradere³⁰ inquit oportet huiusmodi hominem in interitu carnis, ut spiritus salvus^s sit in die domini. Quando vero veniunt ad fores aeclesiae, vultu deiecto orent ibi nec ullis fabulis iocisve se occupent. Intrantes autem in aeclesia orent pro illis, ita*
- Radulf: c.32 *dicendo: Misereatur vestri omnipotens deus. Noverint vero poenitentes pe-*
- c.34 *nitentiam esse secundum baptismum et hac ita se posse mundari; a vitiis et peccatis se custodierint. Presbitero non liceat dare publicam poenitentiam, sed publice^u peccantes oportet per episcopale iudicium poenitere; agentes vero crimina-*
- c.44 *lia peccata occulte, occulte et poeniteant; his autem potest presbiter dare poenitentiam^v.*
- c.29 16. *Dies quadragesime cum grandi observacione custodiendi sunt, ut nullatenus ieiunium in eis frangatur praeter dominicos dies, quia alio tempore ieiunare praemium est adquirere; in hoc vero, qui non ieiunat, penam sibi acquirit. Abstinendum est in quadragesima a coniugibus et ab omni pollucione, quia parum gratum est deo ieiunium, quod non decorat sancte castitatis ornatus.*

p) quadragessime Hs. q-q) aus cinies verbessert Hs. r) fehlt Hs. s) salvus (salu⁹ u) Hs. t) so Hs. statt eines zu erwartenden custodiant. u) nach publice folgt argue durchstrichen Hs. v) poenitenica Hs.

²⁹) Vgl. ausführlichere Darstellungen dieser Zeremonien am Aschermittwoch und Gründonnerstag in zwei Pontificalien aus Besançon bzw. Lyon bei Martène (wie Anm. 3) Bd. 1 S. 806f. und 821f. sowie bei Josef Andreas Jungmann, Die lateinischen Bußriten in ihrer geschichtlichen Entwicklung (Forschungen zur Geschichte des innerkirchlichen Lebens 3/4, 1932) S. 44–74, 74–108.

³⁰) 1. Cor. 5, 5.